dimittunt, liberosq et absolutos sese ab utrinque
pronuntiant; Intercisam eandem cum eius Inscriptione
roboratione in toto et per omnia cassant, mortifi-
cant et annihilant praesentibus. Salva nihilominus Generoso
Topolski, inserta eandem Intercisam Rumatione
tum eodem Generoso Sayborski, ratione certarum prae-
tensionum post expiratam Rumationem in casu
non satisfactionis plena in robore reservata.

Topolski Sayborskiego Quietat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Generosus Felix Topolski, sanus mente 1004
et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque
suis quibusuis aliis competentibus recedendo, praesenti vero
Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad Actum
hunc attinet, se, cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus,
totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam,
libere, publice, apperteque expressum recognouit. Quia ipse
Generosum Vladislaum Sayborski, et eius Successores, de
Causa et Actione officiaria, per se Recognoscentem, eidem
Generoso Sayborski, ratione contrauentionis Intercisae
certae, inter se Recognoscentem, et eundem Generosum Sayborski
confectae et conscriptae, tum etiam variarum quarumuis praetensionum
ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense instituta
et intentata, tum de Decretis quibusuis eadem in Causa
obtentis et prolatis, totoque antecedenti et subsequenti
processu ratione praemissorum obtento et perducto, et in quocumque
puncto et gradu Iuris dependente, tum de quibusuis

protestationibus et manifestationibus, atque de omnibus praetensionibus ad diem hodiernam intervenientibus, ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti praestitam satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat: Causam eandem et Actionem officiariam, tum Decreta quaevis, totumque antecedentem et subsequentem processum atque protestationes et Manifestationes, siquae intercesserint, necnon et praetensiones ad diem hodiernam intervenientes in toto et per omnia cassant, mortificant, et annihilant, sibi, suisque posteris rone praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Dunin atque Koblanscij mutuo Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gnosi Dominicus Dunin
1004 ab Vna, et Hyacinthus atque Joannes Koblanscij fratres uterque germani, olim Gnosi Stephani Koblanski, cum Gnosa Anna Tyszkowska Conthorali eius legitima procreati filij parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitanealis Premysliensis Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, patam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo parte interesse recognovit.